16 Vendens equum an videatur vendere ſellam & frænum.
De acceſſionibus rei venditæ, & de theſauro: & an vendens fundum teneatur præſtare viam ad eum.
An redhibitoria competat, ſi ornamenta non tradantur?
17 De venditione ad modum, ſeu menſuram.
18 An ſcriptura requiratur in venditione, & aliis contractibus?
An poſſit quis compelli facere ſcripturam cum clauſula guarentigia poſt perfectum contractum ſine ſcriptis?
19 De arra in contractu venditionis.
Arraan in partem pretij data præſumatur.
20 An contractus poſſit conferri in voluntatem unius ex contrahentibus, & an venditor poſſit pœnitere poſt licitationem?
De venditione, Si placuerit, vel Niſi diſplicuerit.
21 Re vendita duobus quis præferatur.
An delictum committat, & quâ pœnâ puniatur vendens rem duobus?
De gabella in prædicto caſu.
22 Venditio reſcinditur contrario conſenſu: & an duplex gabella debeatur?
Qui contractus unius partis conſenſu diſſolvantur?
An hodie pactum nudum pariat actionem?
Quid ſi in contractu intervenit dolus?
Dolum paſſus poteſt approbare contractum.
Idem de nullitate.
De gabella ſolvenda dicto caſu.
23 De remedio leg. 2. Codice de reſcindenda venditione.
Læſo intra dimidium ſuccurritur ſi dolus interveniat, vel ſciens juſtum valorem vendat, vel emat: & de venditione facta per procuratorem.
Dictum remedium an habeat locum in cæteris contractibus?
Quid in tranſactione?
24 Quid in re vendita in publica ſubhaſtatione?
An hoc remedium poſſit intentari à creditoribus, & an contra Tertium?
In locatione finita an locum habeat dictum remedium?
Et ibi de locatione pro pluribus annis quomodo in ea conſideretur læſio?
25 Reſtitutio an debeat fieri cum fructibus in caſu dictæ leg. 2. & an pretium cum intereſſe.
26 Jurans non petere reſciſſionem ex l. 2. an poſſit illam petere.
Valor, & pretium rei attenditur tempore contractus.
27 Donatio exceſſus an tollat dictum remedium?
De renunciatione dicti remedii, & quid ſi læſus ſciebat valorem rei?
28 Per pactum de retrovendendo reſcinditur venditio.
De fructuum acquiſitione hoc caſu, & de periculo rei venditæ hoc pacto.
Infra quod tempus poſſit venditor retrahere?
Minori an competat reſtitutio adverſus lapſum temporis?
29 Quid ſi nullum tempus fuit præfixum?
30 Si emptor vendidit alteri, an ab eo poſſit venditor rem repetere virtute pacti?
Quid ſi unus ex pluribus velit retrahere?
An ſi emptor rem hypothecaverit, reſolvatur hypotheca?
31 An per pactum legis commiſſoriæ venditio reſcindatur.
An valeat pactum quod dominium non transferatur non ſoluto pretio?
Fructus medio tempore percepti ad quem pertineant in caſu legis commiſſoriæ?
Dominium ſine retrotraditione transfertur in caſu legis commiſſoriæ.
Quid in pacto adjectionis in diem?
Quid de fructibus dicendum in caſu adjectionis in diem?
32 Gabella an debeatur in dictis caſibus?
Quid in pacto de retrovendendo?
Quid in venditione cum pacto legis commiſſoriæ, vel additionis in diem.
33 De periculo & commodo rei venditæ.
Quid in rebus conſiſtentibus in pondere, vel menſura?
De guſtatione mercium.
Quid ſi adfuit culpa venditoris.
Quid ſi venditor ſciebat ordinationem factam vel faciendam de diminutione pretij mercium, an teneatur.
De ſolutione facta in pecunia de proximo minuenda.
34 Evictio habet locum in contractibus oneroſis.
Evictio an habeat locum in diviſione hæreditatis?
35 Quid ſi adfuit pactum ne haberet locum evictio in diviſione hæreditatis?
Quando diviſio fuit facta per teſtatorem, quid?
36 An in donatione habeat locum evictio?
Quid in donatione remuneratoria?
37 An in legato habeat locum evictio?
Quid in prælegato ſeu melioratione?
38 In dote an habeat locum evictio?
39 Quid in tranſactione?
40 Quo tempore habeat locum evictio?
Fidejuſſor an ſit præſtandus à venditore de evictione?
Quid ſi quis ſciens vendidit rem alienam?
Denuntiatio debet præcedere evictionem.
An libellus in ea inſerendus?
Mortuo venditore, an omnibus hæredibus ſit facienda denuntiatio?
Abſenti quomodo fiat denuntiatio?
Quo tempore denuntiatio facienda?
Quid ſi eſſet notorius defectus juſtitiæ venditoris?
Venditor non tenetur præcisè aſſumere in ſe litem.
Venditor poteſt aſſumere in ſe cauſam in ſtatu in quo eſt.
Non auditur volens facere probationem poſt terminum.
Lis eſt proſequenda coram eodem Judice.
Caſus in quibus non habet locum evictio.
41 Compromittens litem non agit de evictione.
Item compulſus vendere per Principem.
42 Item quando res evincitur jure ſpeciali.
43 Quid in emente rem alienam ſcienter?
Quiſi fiat ſtipulatio de evictione?
44 Alij quatuor caſus, in quibus non habet locum evictio.
45 Hæreditate vendita an habeat locum evictio?
An evicta una re, vel parte ejus, poſſit emptor à contractu diſcedere, & quid evicto partu ancillæ?

46. An pro ſervitute competat evictio? & quid ſi res cenſui ſuppoſita, vel hypothecata vendatur?
47. An actio de evictione tranſeat in ſingularem ſucceſſorem?
Actio perſonalis non datur contra Tertium.
48. Venditor an teneatur ad ſumptus, & expenſas litis, in qua emptor victor extitit: & quid in fructibus?
49. Venditio rei vitioſæ, vel morboſæ an reſcindatur.
Quid dicendum in ſervo generaliter legato?
50. Vitium rei venditæ quomodo declarandum, & quid ſi res perierit?
Si plures res vendantur, & una ſit vitioſa, quid?
51. Quæ res non poſſunt vendi? & ibi de ſepultura, & officiis publicis cum juriſdictione, & aliis, & quid de jure patronatûs?
52. Quando quis cogatur vendere vel emere?
De venditione vaſſallorum, ſeu oppidorum.
Tempore careſtiæ omnes tenentur vendere, etiam Clerici.
Item aliquando tenetur dominus vendere ſervum.
Ancilla ſi urgeatur ad impudicitiam, conſequitur libertatem.
Vaſſalli inviti an poſſint vendi, & an Dominus ob ſævitiam cogatur eos vendere?
Frumentum civibus eſt vendendũ potius quàm exteris.
Judices inferiores poſſunt prohibere frumentum extrahi, & an valeat prohibitio ne vinum aſportetur in civitatem?
Habita fides de pretio quando præſumatur, vel non?
De promiſſione de vendendo.

1. DE emptione, & venditione præter Scribentes *in locis ordinariis* agunt Connanus *lib. 7. commentar.* Duarenus *hoc titul.* Donellus *lib. 13. commentar. cap. 1. & ſeqq. & ibi* Oſualdus, Petrus Gregorius *in Syntagm. libr. 25. capit. 1. & ſeq.* Caldas *in leg. ſi curatorem, §. venundediſti*, ubi quid comprehendat verbum; *Venditio*, Tuſchus *litera V. concluſ. 42. & pluribus ſequentibus, uſque ad* 68. Parladorius *lib. 1. quotidianarum, cap. 3. §. 2.* ubi etiam quid comprehendat, Regularum & communium opinionum Conſarcinatores, *hoc verbo*, Sarmiento *lib. 6. ſelectarum, cap. 7.* ubi an *emptionis* verbo, omnis alienatio contineatur, de quo etiam Barboſa *de nominibus appellativis, verb. Venditio*, Amaya *in leg. 1. Cod. de venditione rerum fiſcalium, lib. 10. ex numer.* 38. Matienzo, Azevedus, & reliqui Regnicolæ *in titul. 11. libr. 5. Recopilationis, per totum*: Joannes Gratianus *in regula* 482. ubi latè agit quid comprehendat verbum *Venditio*, Summiſtæ *in verbo, Emptio, & verbo, Venditio*: Cancerius *variarum 1. part. cap.* 13. Bonacina *de contractibus, diſputat. 3. quæſtion. 2.* Reginaldus *in praxi, lib. 25. tractatu* 3. latè, & copioſiſſimè materiam explicans, & plurimos referens Hermoſilla *in annotationibus* ad Gregorium Lopez *titul. 5. per totum, partita* 5. Molina *de juſtitia, tom. 2. diſputatione 336. & multis ſequentibus, uſque ad* 380. Leſſius item *de juſtitia, lib. 2. cap. 21. per totum*, Souſa *in repetition. §. actionum, cap. de empto, & vendito*: Pichardus *Inſtitut. de obligationibus ex conſenſu, & in titul. de emptione, & venditione*, Morla *in emporio, 1. part. titul.* 9. Filliucius *in ſumma, tom. 2. tract. 35. cap. 1. & ſeqq.*

Ad num. 1. ibi: *In quo requiruntur, &c.* 2.

Rem, pretium, & conſenſum requiri ad exiſtentiam emptionis, & venditionis, ut hîc reſolvit noſter Gomezius, docent, & explicant Donellus *lib. 13. cap. 1. & ibi* Oſualdus *notatis, litera E.* Scaccia *de commerciis, §. 1. quæſtion. 1. num. 209. quæſt. 5. num.* 20. Petrus Gregorius *in Syntagmat. lib. 25. cap. 2. ex numer.* 4. ubi explicat, quatenus attinet ad rem, ſufficere quod exiſtat, vel exiſtere ſperetur de futuro, Caſtill. *leg. 24. Tauri*, ubi an debeat concurrere conſenſus utriuſque partis, Pichardus *de emptione, & venditione, in principio, num. 2. & 13. & in rubrica eodem titulo.* & alij ſuperiùs allegati: Gratianus *diſceptation. cap. 500. num. 15. & cap. 411. num.* 15. Morla *in emporio, 1. parte titul. 9. in principio, num.* 13. Reginaldus *in praxi, lib. 25. cap.* 26. & plures referens Hermoſilla *in annotationibus ad legem 1. titul. 5. gloſſa 1. num. 4. & 5. partita* 5. ubi ait rem, pretium, & conſenſum eſſe ſubſtantialia in venditione, Cevallos *quæſt. 136. n.* 44. & optimè D. Larrea *de iſ. Granatenſ. 11. ex numer.* 9. ubi probat traditionem rei, & pretij numerationem non ad ſubſtantiam venditionis, ſed ad executionem pertinere, & idem in rebus venditis ad pondus, vel menſuram: *& n. 52. & 53.* quod gabella debetur gabellario qui erat tempore contractûs, quod infert ex dicta concluſione, & Cancerius *1. part. cap. 13. numero.* 1.

Et adde, quod ita pretij conſtitutio requiritur ad exiſtentiam venditionis, & eſt illi annexa, quòd dubitaverint Doctores, an qui habet mandatum ad vendendum cenſeatur illud habere ad recipiendum pretium? in quo Bart. *in leg. filia, ff. de ſolut.* & Stracha *de mercatura, titul. de mandato, num.* 23. & cum eis Fachinæus *lib 2. controverſ. cap* 94. affirmativam tenent contra Romanũ *conſ.* 461. cujus argumentis ſatisfacit Fachinæus *ibi*: quem videas.

Ad num. 2. ibi: *Quòd talis contractus valeat, & teneat inter patrem & filium, &c.* 3.

Hunc contractum inter patrem & filium poſſe celebrari in caſtrenſibus, vel quaſi, & quando patri non quæritur uſusfructus, ut docet Gomezius, comprobant communiter Doctores; quia quando pater acquirit uſumfructum, efficitur à lege adminiſtrator bonorum filij, Tiraquell. *de legibus connub. gloſſa 5. num.* 4. Pinellus *in l. 1. Cod. de bonis maternis, 2. part. num.* 63. Mendez de Caſtro *in leg. cum oportet, Cod. de bonis, quæ liberis, 2. part. numer.* 121. noſter Gomezius *in leg. 48. Tauri, numer.* 14. & optimè Barboſa *in leg. 3. ff. ſoluto matrimonio*: itaque cùm filius non habeat adminiſtrationem, contractum ſuper eis inire non poterit; ita Molina *de juſtitia, tom. 2. diſp. 343. num.* 8. & vide Matienzum *in dialogo, 3. part. cap. 10. num.* 16.

Ibi: *Quod tamen eſt verum, & procedit, &c.*

An prædictus contractus inter patrem, & filium, palam, & bona fide, in præſentia Judicis, vel propinquorum poſſit celebrari? videndi ſunt Dueñas *in regul.* 31. Gregorius Lopez *in l. 4. titul. 5. part. 5. gloſſa de aquel.* ubi Hermoſilla latè *in annotationibus ad gloſſ.* 9. Padilla *de leg. pœnali, parte 2. cap. 27. in fine, & vide ſuprà, cap. 1. numer.* 3. Guttiertez *in tractatu de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 40. num. 2. & in tractatu de tutelis, 2. part. cap.* 25. quos omnino videas, & maximè Hermoſillam *in dict. gloſſ. 9 ubi n.* 10,

cum Matienzo in dialogo relato 3. part. cap. 10. num.16. & in leg. 23. tit. 11. lib. 5. Recopilationis gloſſ. 2. num. 3. & 4. Guttierrez ubi ſuprà, Spino in ſpeculo, gloſſ. 29. numer. 59. & aliis tenet per dictam leg. 23. titul. 11. lib. 5. non corrigi deciſionem dict. l. 4. quæ permittit adminiſtratoribus emere res, quas adminiſtrant, palam, & bona fide, contra noſtrum Gomezium; & numero. 11. & ſeqq. declarat quomodo intelligatur emere palam, & bona fide, adminiſtrator?

4. Ad num. 3. ibi: *Item etiam valet iſte contractus inter virum, & uxorem, &c.*

Hunc contractum valere inter virum & uxorem niſi in fraudem donationis factus fuerit, ut hîc reſolvitur, docent omnes Scribentes in leg. ſi ſponſus, verſ. Circa venditionem, ff. de donationibus inter virum & uxorem: Gratianus regul. 101. Thomas Sanchez de Matrimonio, l. 6. diſputat. 1. num. 11. ubi advertit quod ita demùm valet venditio, ſi animo vendendi re vera facta fuit, & quòd ſi celebretur minori pretio, ejus defectus ſuppleri debet: ſi autem animo donandi venditio fuerit celebrata, tunc nullius eſt momenti. Quomodo autem probetur ſimulatio, & quod animo donandi facta fuerit? videndi ſunt, Mantica de Tacitis conventionibus, lib. 4. titul. 23. num. 31. & lib. 8. titul. 17. & tom. 2. lib. 13. titul. 35. & latiſſimè Cæpolta in tractatu de ſimulatione contractuum, ex num. 85. Menochius de præſumptionibus, lib. 3. præſumpt. 122. & 124. num. 3. Maſcardus de probation. lib. 1. concluſ. 438. ex numer. 7. Tuſchus verb. Simulatio, concluſ. 260. & concluſ. 263. & ferè infinitos referens Farinacius in praxi criminali, quæſt. 162. ex num. 94.

Item adde, an creditor poſſit emere bona ſui debitoris in quibus facta fuit executio? de quibus videndi ſunt optimè explicantes, Neguſant. de pignor. 1. memb. 6. part. n. 13. Parlador. l. 2. quotidian. cap. fin. §. 13. numer. 13. & §. 16. part. 3. Felicianus de cenſibus, tom. 1. lib. 1. cap. 3. n. 10. & tom. 2. lib. 1. cap. 3. n. 5. Cevallos quæſt. 633. num. 6. & quæſt. 763. num. 46. Eſcobar de ratiociniis, computat. 14. num. 1. Guſman de evictionibus, quæſt. 22. ex num. 49. Valenzuela conſ. 189. ex num. 61. & conſil. 156. ex numer. 13. & 75. Amatis deciſ. 67. numer. 12. Hermoſilla libr. 52. tit. 5. part. 5. gloſſ. 7. num. 8. 11. & 16. & quaſi per totam. Carraſco ad leges Recop. cap. 11. ex numer. 84. & noviſſimè Salgado in labyrinth. part. 1. cap. 10. numer. 16 Carleval. de Judiciis, tom. 2. diſputat. 1. tit. 1. num. 7. ex quibus maximè Valenzuela, Salgado, & Hermoſilla, colligitur, quòd creditor rem quæ in judicio venditur per executorem poteſt per ſe vel per aliam interpoſitam perſonam emere pretio juſto; ſecus ſi res pignori data creditori, vendatur per ipſum poſt terminum præfixum ſolutioni, tunc enim nec per ſe, nec per alium poterit emere, quia hoc caſu cenſetur conſtitutus Procurator ad vendendum ab ipſo debitore, ex pignore conventionali.

5. Ad numer 4. ibi: *Poteſt quis vendere, &c.*

Bona præſentia, & futura poſſe vendi, docet in præſenti noſter Gomezius, & ita etiam reſolvunt Mozius de contractib. in cap. de rebus quæ emi aut vendi poſſunt, num. 1. Mantica de Tacitis conventionibus, lib. 4. tit. 9. num. 21. & ſequentib. ubi quòd in generali bonorum venditione non veniunt ea, quæ ſunt prohibita alienari, veluti bona feudalia, nec etiam ea quæ ſpecialem exigunt conceſſionem, nec etiam ea quæ quis veriſimiliter in ſpecie non eſſet venditurus, nec etiam comprehenditur pretium ipſius venditionis, aliàs enim inteſtabilis venditor efficeretur, Molina de juſtitia, tomo 2. diſput. 340. num. 1. ubi in totum ſequitur noſtrum Gomezium, Caſtillo in l. 69. Tauri, verbo, Donacion, Suarez titul. de los emplazamientos, verſiculo: Sed attende, numer. 10. ubi quòd vendere volens omnia bona poteſt prohiberi à creditoribus ſi eſt ſuſpectus de fuga, Hermoſilla in l. 11. tit. 5. part. 5. gloſſ. 1. numero 5. Guttierrez, de juram. confirm. 1. part. cap. 11. num. 6. ubi refert Bart. ampliantem, etiam ſi venditor eſſet deceptus ultra dimidium juſti pretij, Petr. Gregor. in ſyntag. lib. 41. cap. 5. num. 10.

Ibi: *Nec obſtat Text. cum materia in l. fin. C. quæ res pignori, &c.*

Hypotheca Generalis ſimpliciter concepta, quòd comprehendat bona futura, & quæ alia includat? vide latiſſimè diſputatum à Mantica de Tacitis conventionibus, lib. 11. titul. 4. per totum, Tuſcho liter. H. concluſ. 112. num. 15. Neguſant. in tractatu de pignorib. 2. membr. 2. partis, in principio, & aliis communiter; & Petro Gregor. ſuprà; dicto num. 10.

Ad numer 5. ibi: *Poteſt quis vendere, &c.* 6.

Hæreditatem univerſalem datam ex teſtamento, vel ab inteſtato, poſſe vendi ut hîc reſolvitur, notum ex jure; & docent latiſſimè Mantica de Tacitis convent. lib. 4. titul. 10. ubi benè declarat hanc venditionem, & quid in ea comprehenſum intelligatur? & in tit. 11. agit an jus accreſcendi tranſeat ad emptorem hæreditatis? & in tit. 12. an jus Patronatûs Eccleſiæ in talem emptorem transferatur? eum vide, & Gratian. diſceptat. cap. 203. ex n. 35. ubi quòd ſi venditor erat creditor, poteſt exigere debitum non obſtante confuſione actionum: & Tuſch. lit. H. concluſ. 26. & lit. P. concl. 13. & 14. Moz. de contractibus, tit. de emptione, c. de rebus quæ emi aut vendi poſſunt, n. 3. Guzman, de evictionibus, quæſt. 45. ex n. 1. ubi de evictione in hoc caſu, Cancer. 3. part. cap. 1. n. 161. & ſeq. Petrum Gregorium in ſyntagmate, lib. 41. cap. 2. & 3. Fachinæum lib. 10. controverſiarum, cap. 69. Gregor Lopez in l. 64. tit. 18. part. 3. Barboſam in l. ſi æſtimatis, ff. ſoluto matrimonio, num. 10. & ſeq. Molinam de juſtitia, tom. 2. diſp. 340. Parlador. lib. 2. quotidian. cap. 3. num. 25. verſic. illud quoque & in cap. fin. 3. parte, §. 4. ex num. 9. Rodriguez in tractatu de redditibus, libr. 2. quæſt. 11. num. 10. optimè Salgado, plures referens in labyrintho 1. part. cap. 13. §. 2. ex num. 22. Hermoſilla in l. 13. titul. 5. part. 5. gloſſa 1. ex num. 1. ubi quòd venditio hæreditatis viventis non valet, etiam ſi vendens ſit ſubſtitutus pupillaris, & vendat jus vel ſpem ſuæ ſubſtitutionis nondum delatæ, de quo omnino videndus eſt Morla in emporio, tit. 3. num. 49. & 50. & etiamſi in juramento confirmetur venditio, ut ex Covarruv. Guttierr. Fachinæo, & aliis contra Seraphinum reſolvit Hermoſilla ibidem, Cevallos quæſt. 536 ex num. 37. ubi optimè declarat; iterum, & latius Hermoſilla ſuprà gloſſa 5. per totam.

Ibi: *Actiones verò paſſivæ, &c.*

Actiones utiles activas per venditionem hæreditatis tranſire in emptorem ſine ceſſione, non verò actiones paſſivas, reſolvit, ut vides, Gomezius: de quo videndi ſunt Parladorius, & reliqui ſuprà, Gratianus diſceptationum, cap. 532. ex num. 1. & cap. 49. num. 8. Cancer. 3. part. cap. 7. ex numer. 267. & Pichard. in manuductionibus, 2. part. præcepto 1. num. 9. ubi quòd hæreditatis emptor exequi poteſt debitores hæreditarios, & præcepto 2. num. 38. ubi aſſerit nonnullos Doctores in l. 2. Cod. de hæreditate vendita, & in l. 1. Cod. de pactis, docere, quòd ſi venditor hæreditatis non ſit ſolvendo, tunc emptor pro hæreditariis debitis poſſit conveniri, quod etiam tenet Parlador. dicto cap fin. 2 parte, §. 2. numero 5. quod ipſe Pichardus non approbat: vide etiam Morlam in emporio, titul. 3. num. 17. & Hermoſillam in l. 13. titul. 5. part. 5. gloſſa 5. num. 10. Salgado in labyrintho, parte 2. cap. 11. ex num. 42. ubi quomodo hæredes teneantur pro rata; & num. 65. ubi de hypothecaria, quòd competat in ſolidum contra quemlibet.

An autem ſi creditor agere incipiat contra emptorem hæreditatis, ſi ea lege emerit ut creditoribus ſatisfaciat, poſſit poſtea regredi contra venditorem? Mantica de Tacitis conventionibus, lib. 1. titul. 5. numer. 12. docet quòd non, ex eo quod tunc hæres venditor poteſt defendi exceptione taciti pacti, cùm videatur creditor tacitè conveniſſe, ne poſſit convenire hæredem, conveniendo emptorem.

An etiam hodie, ſi emptor ea lege emerit ut creditoribus ſatisfaciat, poſſit directò conveniri poſt l. 2. titul. 16. lib. 5. recopilatione? in controverſia eſt; in quo Parlador. lib. 2. quotidian. cap. 3. num. 25. abſolutè docet poſſe conveniri; & idem tenent Azevedus in dict. l. 2. num. 39. & Hermoſilla in d. l. 13. tit. 5. part. 5. gloſſ. 5. num. 10. verſiculo, hodiè de jure noſtro: ubi de jure communi idem reſolventem, (ut circuitus evitetur) refert Boërium deciſ. 204. num. 43. Circa quod videndi ſunt ad interpretationem dictæ l. 2. tit. 16. l. 5. recopil. Matienzo ibi, & Guttierrez, tomo 4. quæſt. 68. num. 4. Lara de Anniverſar. cap. 2. ex num. 8. ubi de emente domum, in qua venditor promiſerat non aperire feneſtram, an teneatur eadem obligatione? & reſolvit non teneri, niſi ſervitus fuerit conſtituta; cum Cæpola de ſervitutibus, cap. 62. n. 8. & Thomas Sanchez de matrimonio lib. 1. diſputatione 6. ex num 18. & diſputation. 7. ex num. 27. ubi quamplurimos refert, quod etiam facit D. Joannes del Caſtillo, lib. 4. controverſiarum cap. 37. ex num. 38. ubi latiſſimè, & noviſſimè Salgado in labyrintho p. 2. c. 16. ex n. 55.

Item adde, quòd ſpes fideicommiſſi, vel majoratûs, etiam vivente poſſeſſore poteſt vendi, ut ex Alexandro, Fulgoſio, & Gratiano diſceptat. cap. 692. & Gamma deciſ. 246. & ibi Flores de Mena, tradit Hermoſilla in dicta l. 13. tit. 5. gloſſa 5. num. 12. & 13.

Ad numer. 6. ibi: *An quis poſſit vendere actio-*
7. *nem, &c.*

Actiones poſſe vendi, ut hîc reſolvitur, docent latiſſimè explicantes, Mantica de Tacitis conventionibus, lib. 4. tit. 13. per totum, ubi num. 3. probat quòd venditio actionis vim ceſſionis habet: & num. 5. ait, venditorem hoc caſu debere præſtare ex ſua parte, quòd debitor eſt certus, & quòd nulla exceptione tueri ſe poteſt: & numeris ſequentibus docet, quòd non debet præſtare eſſe locupletem niſi hoc ſpecialiter promiſerit: eum vide, quia optimè materiam explicat: Scaccia de commerciis, §. 2. gloſſ. 5. num. 28. Stracha de decoctoribus parte 3. num. 4. Franchis deciſ. 427. num. 4. Surdus deciſ. 326. num. 41. Felicianus de cenſibus, tomo 2. lib. 2. cap. 1. num. 13. Cancerius variar. 1. parte, cap. 13. ex numer. 23. & cap. 17. num. 41. Barboſa in l. maritum, ff. ſoluto matrimonio, num. 86. ubi quòd privilegium, & exceptio perſonalis competens venditori, tranſit ad emptorem, quando ei ceſſæ ſunt actiones & jura; Faber in Cod. lib. 4. titul. de hæreditate vel actione vendita, definitione 15. & alios plures referens Hermoſilla in l. 23. tit. 5. part. 5. gloſſ. 1. ex numer. 5. ubi num. 10. cum aliis plurimis docet quòd ſi debitor, cujus nomen venditur, tempore venditionis non erat ſolvendo, tunc adverſus venditorem emptori competat actio: & per totam gloſſam benè explicat materiam periculi nominis venditi, quem videas; & Rodriguez in tractatu de redditibus lib. 2. quæſt. 21. per totam, ubi etiam agit de evictione, & periculo nominis venditi, & numer. 22. probat, quòd ſi venditor ſciebat inopiam debitoris, & vendidit, tenetur: & quòd emens nomen debitoris minus idoneum ignoranter, non ſibi præjudicat: & vide etiam Guzman de evictionibus, quæſt. 35. ubi latiſſimè materiam proſequitur: & Leſſium de juſtitia, lib. 2. cap. 21. dubio 8. & 9. ubi an credita, & librantiæ poſſint minori pretio emi? & Salgad. in labyrintho, 1. parte, cap. 13. §. . . . ex num. 24.

An autem exceptiones quæ poterant opponi contra venditorem actionis, vel eam cedentem, poſſint opponi emptori vel ceſſionario? videas omninò Gratianum diſceptationum tom. 2. c. 356. Silveſtrum, verbo Gabella, quæſt. 9 Guzman de evictionibus, quæſt. 5. num. 37. & ſeq Surdum deciſ. 191. num. 14. Leſſium de juſtitia, lib. 2. c. 3. dubio 10. Dianam reſolut. 16. tractatu 16. 2. part. ubi de compenſatione, Cancerium variar. 2. part. cap. 6. numer. 81. & ſequent. & optimè Thomas Sanchez in conſiliis Moral. lib. 2. cap. 4. dubio 28. ubi etiam de compenſatione, Amaya in l. 1. C. ne fiſcus rem quam vendidit, lib. 10. ex num. . . . qui benè probant, quod † compenſatio quæ poteſt opponi Principi, vel alteri creditori, poteſt etiam opponi ejus conductori, vel ceſſionario; de quo vide optimè explicantem Salgadum in labyrintho creditorum, 1. parte, cap. 6. §. unico, ex num. 20. omninò.

Ibi: *Quod tamen, &c.*

Ceſſionem, vel actionis venditionem factam potentiori non valere, ut hîc reſolvitur, docent, & explicant Menochius de arbitrat. caſu 226. num. 6. & caſu 438. num. 11. Gregorius in l. 8. tit. 5. part. 3. & l. 16. tit. . . . eadem partita, Aviles in cap. 13. prætor. verbo, Procuradores, Barboſa in l. 1. ff. ſoluto matrimonio, 7. parte, num. 46. & ſeqq. Gratianus in regula 319. ubi etiam quòd emens rem nomine alterius, ut non ſubſit oneribus rei impoſitis, eam amittit, alter Gratianus diſceptation. cap. 826. ubi an Clericus dicatur potentior? iterum Menochius libr. 3. præſumptione 129. Farinacius in praxi, quæſt. 114. numer. 38. & ſeqq. & in fragmentis, verbo, Litigioſa, ex num. 97. latè & ferè infinitos referens Auguſtinus Barboſa in collectanea ad titulum Cod. ne liceat potentioribus, &c. in rubrica, & per totum, Hermoſilla in l. 2. tit. . . . part. 5. gloſſ. . . . num. 24. & noviſſimè Salgado in labyrintho, 1. parte, cap. 13. §. 2. ex num. 22. ubi de emente actionem animo vexandi adverſarium.

Ad numerum 7. ibi: *In quo articulo reſolutivè dico, &c.* 8.

Rem quæ non exiſtit, exiſtere tamen ſperatur, poſſe vendi, reſolvit hîc noſter Gomezius, & in hac venditione ineſſe, tacitam conditionem, verbi gratiâ, in fructibus, ſi naſcantur, &c. quod aliter contingere aſſerit, in alea, vel captu piſcium, cujus venditionem puram eſſe docet: ſic Surdus deciſ. 73. num. 21. Petrus Gregorius in ſyntagm.

lib.

lib. 25. *cap.* 6. Cevalos *quæſt.* 536. ubi de venditione cenſûs vitalitij, ſeu *de los juros de por vida*, Gratianus *cap.* 56. *ex numer.* 45. Covarruvias *in regula peccatum*, 1. *parte*, §. 8. *num.* 12. Mozius *de contractibus*, *tit. de emptione*, *& venditione cap. de rebus quæ vendi poſſunt*, *numer.* 17. *&* 18. Cevallos *quæſt.* 536. *ex num.* 33. Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo, Largitus, n.* 110. Surdus *in tract. de alimentis, titul.* 9. *quæſt.* 1. *ex num.* 7. Souſa *in §. actionum, cap. de locato*, *num.* 3. & Molina qui id optimè explicat *de juſtitia*, *tom.* 2. *diſput.* 340. *num.* 14. Carlevalius *de judiciis*, *tomo* 2. *diſp.* 8. *ſect.* 5. *num.* 55. D. Larrea *deciſ. Granatenſi* 11. *num.* 63. *& allegatione*, 1. *ex num.* 5. Scaccia *de commerciis*, §. 6. *gloſſ.* ... *num.* ... Rodriguez *de redditibus*, *lib.* ... *quæſt.* 12. *ex numer.* 38. ubi de fructibus naſcituris, Guzman *in tractatu de evictionibus*, *quæſt.* 11. *ex num.* 15. *ubi num.* 33. *probat legem* 2. *Cod. de reſcindenda vendit.* non habere locum in hujuſmodi venditionibus, dummodo pretium juſtificetur ſecundùm præſentem ſtatum, & communem æſtimationem ejus; de quo etiam Gironda *in tract. de Gabellis*, 2. *parte*, §. 1. *nu.* 37. *&* 51. Scaccia *de commerciis*, §. 2. *gloſſ.* 5. *n.* 150. *&* §. 1. *quæſt.* 7. *parte* 2. *ampliatione* 10. *num.* ... Hermoſilla *in lege* 12. *titul.* 5. *partita*.... *gloſſ.* 1. *num.* 6. *ubi numer.* 8. reſpondet objectioni, quæ fieri poteſt, ex Text. *in leg.* 17. *tit.* .. *lib.* 5. *Recopilationis*, ubi videtur probari emptionem fructuum ante eorum collectionem non eſſe licitam, explicans illum Text. intelligendum, quando fructus immaturi viliori pretio emuntur, quàm tempore maturitatis valebunt, tunc enim emptio improbatur *in dicta leg.* ſecus aliàs Laſſarte *de decima venditionis*, *c.* 5. *num.* 9. *&* 20. Guttierrez *eodem tractatu de Gabellis*, *quæſtione* 8. *numero* 1. ubi quod gabella non debetur donec fructus nati ſint, & ſic tacita conditio impleatur: debebitur tamen illi Gabellario, qui erat tempore contractûs, non verò illi qui nunc eſt tempore collectionis fructuum, vel nativitatis eorum, præterquam ſi venditio fructuum anni ſequentis præſenti anno fiat in fraudem gabellarij, qui ſequenti anno futurus eſt: *& per totam quæſtionem* latè hanc materiam proſequitur, & iterum *in quæſtione* 106. *ubi num.* 3. limitat dictam reſolutionem præterquam ſi vendatur actus percipiendi fructus, & non fructus futuri, quia tunc non eſt venditio conditionalis, *& num.* 4. *&* 8. explicat præcipuam reſolutionem noſtri Gomezij *in præſenti* procedere, quando fructus, & partus pecorum ſunt omninò futuri, non verò ſi ſunt pendentes, vel demonſtrati, veluti ſi oves ſunt gravidæ; vel vinea jam demonſtravit fructum, & ſic de aliis, tunc enim venditio pura judicabitur, & non conditionalis, & Gabella debebitur Gabellario qui fuerit tempore contractûs, & non illi qui fuerit tempore collectionis fructuum: & de venditione fructuum antequam decima ſolvatur, vide *l. final. titul.* 20. *part.* 1.

Ad numerum. 8. ibi: *In quo articulo dico quod*
7 *ſic*, *&c.*

Rem alienam poſſe quem vendere, ſed teneri de evictione modo hìc explicato per noſtrum Gomezium, tenent communiter Doctores ut videri poteſt per Tuſchum *litera V. concluſ.* 53. *per totam*, Petrum Gregorium *in ſyntagmate*, *lib.* 25. *cap.* 10. Rodericum Suarez *conſil.* 7. *ex num.* 14. *& in l. quoniam in prioribus*, *ampliatione* 7. ubi quid ſi dominus rei ſuccedat venditori an poſſit venire contra venditionem? Amayam *lib.* 2. *obſervationum*, *cap.* 13. *num.* 20. ubi quid debeat præſtare venditor? latè Donellum *& ibi* Oſualdum *lib.* 12. *comment. cap.* 20. *lit. M. in notatis*: Molinam *de juſtitia*, *tom.* 2. *diſp.* 327 *num.* 6. ubi de venditione rei alienæ furtivæ quòd ſit nulla, ſi tam venditor quàm emptor id ſciat; & ſimiliter ſi ſolus emptor id ſciat: & iterum *in diſp.* 340. *num.* 24. Souſam *in tit. de pactis*, *artic.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 7. Tiraquell. *de retractu linag.* §. 1. *gloſſ.* 2. *numero* 19. Scacciam *de commerciis*, §. 1. *quæſt.* 1. *num.* 556. *verſic. primus caſus*; *& quæſtione* 7. *ampliatione* 19. *ex num.* 82. *parte* 2. ubi etiam an emptor poſtea ſciens teneatur reſtituere vero Domino? & alia: Bonacinam *de contractibus*, *diſputatione* 3. *quæſtione* 2. *puncto* 2. *ex num.* 20. ubi benè explicat, & Barboſa *in lege* 1. *ff. ſoluto matrimonio*, 5. *parte*, *num.* 33. *& ſeqq.* ubi quid ſi ſuperveniat jus venditori? Gratianus *diſceptation. forenſ. cap.* 750. *num.* 27. ubi quod procedit etiam ſi contrahentes ſciant rem eſſe alienam, contra alios Reginaldus *in praxi*, *libr.* 25. *numer.* 254. *tractatu* 3. Guttierrez *libr.* 3. *quæſtion.* 69. ubi de emente rem majoratûs, vel ſubjectam reſtitutioni, quomodo recuperet expenſas in ea factas bona fide? Pichardus *in principio*, *Inſtitut. de fideicommiſſariis hæreditatibus*: *num.* 31. ubi quòd emens ignoranter rem fideicommiſſo ſubjectam, efficitur dominus irrevocabiliter: & rationem explicat, de quo etiam Caſtillo *in lege* 27. *Tauri*, *verbo*, *De reſtitution*, ubi de evictione in hoc caſu, & Hermoſilla *gloſſ.* 3. *num.* 7. *& ſequentib. leg.* 10. *titul.* 5. *& gloſſ.* 1. ubi alios plures refert: & quæſtionem præcipuam explicat, declarat, & limitat, *& num.* 3. 5. *& ſeqq.* limitat præterquam ſi res ſit mobilis & emptor, & venditor ſciant eſſe alienam, tunc enim furtum committunt, & etiamſi ſolus venditor ſciat, ibi per omnes gloſſas benè proſequitur materiam, & probat quod re aliena vendita ſcienter furtum committitur, & ſi res ſit immobilis crimine falſi tenetur venditor, ut ibi docet *gloſſa* 3. *num.* 16. & ſimiliter *num.* 5. *& ſequentibus*, cum aliis limitat præterquam ſi pretium ſit verſum in utilitatem veri domini, vel emptor emiſſet rem ab hoſtibus, vel aliàs dominus eam difficilè eſſet recuperaturus: in his enim caſibus pretium emptori reſtituendum eſt, Oſualdus ad Donellum, *lib.* 4. *cap.* 15. *litera D.* ubi quòd Procurator cui omnium bonorum & negotiorum adminiſtratio commiſſa eſt, poteſt vendere res perituras, Guttierrez *in tractatu de Gabellis*, *quæſtione* 15. *numero* 2. ubi probat Gabellam deberi ex venditione rei alienæ, *& num.* 4. declarat quòd hoc procedat, quando venditio rei alienæ eſt valida; eum vide omnino, & Salgadum *in labyrintho parte* 2. *cap.* 9. *num.* 74. ubi de differentia in hoc inter rei alienæ venditionem & hypothecam; & D. Larream *deciſ. Granatenſ.* 12. *numer.* 18. *& deciſ.* 76. *numer.* 25. & pro foro conſcientiæ Leſſium *de juſtitia*, *lib.* 2. *cap.* 2. *dubio* 18.

Et de eo qui emit rem cenſui ſuppoſitam quòd non poſſit invito venditore à contractu diſcedere (præter quam ſi cenſus eſt perpetuus) ſed venditor tenebitur rem liberare: vide Guttierrez *l.* 2. *quæſtione* 169. Rodriguez *de redditibus libro* 2. *quæſt.* 22. *num.* 49. latè Hermoſilla *leg.* 63. *tit. parte* 5. *gloſſa* 1. omnino.

Ibi, *Si verò fuerit ſciens*, *&c.*

Qui ſciens rem alienam emit, ſi evincatur, quòd poſſit repetere pretium; reſolvit noſter Gomezius, ſed communiter improbatur, ut docent

Cevallos *quæſt.* 798. & plures referens Guzman *in tractatu de evictionibus*, *quæſt.* 46. quod etiam facit alios plures adducens Hermoſilla *in lege* 19. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſa* 3. *per totam*, *& num.* 2. *& ſequentibus*, alios caſus adducit in quibus etiam pretium non repetit emptor re evicta; *& gloſ.* 1. *num.* 5. *& ſequentibus* ubi de emente ab hoſtibus vel latrunculis à quibus dominus difficilè recuperaret; vide etiam Farinacium *deciſ.* 44. *libr.* 1. *& ſuprà hoc numero.*

Ibi: *Adde tamen*, *&c.*

Vendentem rem alienam ſcienter, furti teneri docent omnes *ſuprà* relati *hoc numero* maximè Hermoſilla *dicta gloſſa* 1. *in leg.* 19. *tit.* 5. *part.* 5. eum vide & Gregorium *in leg.* 4. *tit.* 14. *part.* 7. ubi de filio vendente rem patris.

10 Ad num 9. ibi: *Et adde quod licet pretium*, *&c.*

Venditionem valere ſine pretio certo & determinato, ſi referatur ad aliquod, quod poſſit certificari, ut in exemplis hìc adductis per Gomezium, docent Pinellus *Codic. de reſcindenda venditione*, *in rubrica* 2. *part.* , *cap.* 1. *ex num.* 3. Petrus Gregor. *in ſyntagm. lib.* 25. *cap.* 13. ubi optimè declarat certitudinem pretij, quæ conſiſtit vel in conventione contrahentium, vel auctoritate legis, vel Magiſtratûs, Mantica *de Tacitis convent. libr.* 4. *cap.* 19. *numer.* 15. Menoch. *de arbitr. caſu* 43. Oſualdus ad Donellum *libr.* 13. *cap.* 1. *litera M. & O.* Connanus *lib.* 7. *comment. cap.* 6. Tuſch. *lit. V. concluſione* 44 *ex numer.* 4. Molina *de juſtitia*, *tom.* 2. *diſputatione* 330. *numer.* 13. ubi laudat noſter Gomezium, Pichardus *in §. pretium*; *inſtitut. de emptione*, *& venditione*, *numero* 11. Amaya *libro.* 3. *obſervation. capite* 1. §. 4. *numer.* 29. Fachinæus *libro*, 2. *controverſiar. cap.* 1. ubi tres controverſias adducit omnino videndus, Hermoſilla *in lege* 1. *titul.* 5. *gloſſa* 1. *num.* 5. *& ſequentibus* ubi alios refert, *& num.* 18. cum multis probat, non eſſe venditionem, ſi venditor dicat quòd vendit juſto pretio, niſi certa quantitas declaretur, *& num.* 12. *& ſequent.* diſputat illam quæſtionem, an teſtes vel inſtrumentum in quo mentio fit de emptione certo pretio contracta ſine declaratione ejus probet contractum? & tandem cum aliis docet & diſtinguit quòd ſi controverſia ſit inter emptorem & venditorem cum alio Tertio probationem faciet; ſecus verò ſi inter emptorem, & venditorem; vel ejus hæredem; tunc enim non probabit niſi de certo pretio conſtet; eum vide *ibi*, *& in lege* 9. *per totam*, *eodem titulo & in lege* 10. *gloſſa* 1. *&* 2. poſt Fachinæum *lib.* 2. *controverſiar. cap.* 34. & Pinellum *ſuprà*, *num* 7. & Parladorium *lib.* 2. *quotidian. cap.* 2. *num.* 18.

Quid verò erit dicendum, ſi venditio contrahatur eo pretio, quo partes poſtea inter ſe convenerint? & ſanè tunc perfecta erit venditio, cum partes de certo pretio convenerint, nec fiet retrotractio ad tempus primæ conventionis, & ſic Gabella ſolvenda erit Gabellario illius temporis in quo pretium certum declaratum fuerit; ut optimè docet Mantica *de conventionibus*, *libro* 4. *titulo* 19. *numero* 20. Guttierrez *in tractatu de Gabellis*, *quæſtione* 102. & *ibi* etiam de pretio collato in arbitrium Tertij de quo etiam agit *in quæſtione* 8. & Gratianus *diſceptation. capite* 254. *numero* 54. & Morla *in emporio*, *titulo* 9. *quæſtione* 9. *num.* 15. & nos *infra*, *in additione ad numer.* 19. Noguerol. *allegatione* 18. *num.* 65. ubi ait idem eſſe, vendere rem pretio quo Titius æſtimaverit, & concedere illi mandatum ad vendendum.

Ad num. 10. ibi: *Et breviter*, *& reſolutivè dico*, 11
&c.

Quando emptor ex parte ſua dat venditori rem aliam & pretium contractum eſſe quem partes dixerint: ſi verò nihil dixerint, attendendum eſſe quod prævalet, ut ab eo nominetur contractus: & ſi alterum longè excedat tunc ſemper ab eo denominationem ſumi, reſolvit noſter Gomezius, & pro ejus reſolutione, eum optimè explicans plures Doctores adducit Pinellus *in rubrica*, *Cod. de reſcindend. vendit.* 2. *parte*, *cap.* 2. *ex numer.* 1. ubi *num.* 5. cum multis probat; quòd ſi pretium, & res ſunt æqualia, contractus innominatus judicandus erit; contra Bartholum, de quo Mantica *de tacitis conventionibus*, *libro* 2. *titul* 3. *num.* 21. *& num.* 3. docet ipſe Pinellus quòd ſi præjudicium Tertij poſſit reſultare, in cujus fraudem talis contractus nominatus fuit à partibus, ei non nocebit: & denique per *totum caput*, alio modo hanc quæſtionem reſolvit, ut apud eum videri poteſt; Gratianus *diſceptat. tom.* 2. *cap.* 206. *num.* 22. ubi *num.* 24. explicat, quòd ſi res quæ datur cum pretio eſt æſtimata, & pretium taxatum, tunc erit venditio: licet res æſtimata detur in ſolutum; *& cap.* 173. *num.* 50. Caſtillo *in lege* 60. *Tauri*, Oſualdus ad Donellum *libr.* 13. *cap.* 1. *notatis litera K.* Rodriguez *de redditibus*, *quæſtione* 13. *num.* 3. ubi quomodo intelligatur, quòd pretium ſit in pecunia numerata, Fachinæus *libro* 2. *cap.* 42. Souſa *in repetitione titulo de pactis*, *articulo* 3. *quæſtione* 2. *numero* 6. Pichardus *in §. item pretium*, *Inſtitut. de emptione*, *& venditione*, *numer.* 15 ubi etiam ait quòd in dubio quoties de valore rei per emptorem traditæ non conſtat, permutatio erit judicanda, Menochius *lib.* 3. *præſumptione* 39. ubi etiam diſputat, an contractus in dubio præſumatur nominatus, vel innominatus? *& de retinenda poſſeſſ. remedio* 4. *ex numero* 15. Molina *de juſtitia*, *tomo* 2. *diſputatione* 336. *num.* 6. *& ſequentibus*, ubi benè explicat reſolutionem noſtri Gomezij: & *numero* 9. declarat, quando intelligatur contracta emptio, & venditio, & quando locatio, & conductio? & alios referens Auguſtinus Barboſa *in collectanea ad capit. ad quæſtiones*, *de rerum permutatione*, *numero* 2. *& in tractatu de axiomatibus*, *axiomate* 12. *num.* 9. & præter eos vide Manticam *de Tacitis conventionibus*, *libro* 15. *titulo* 2. *per totum*, ubi latiſſimè, & etiam Guttierrez *in tractatu de Gabellis*, *quæſt.* 30. *per totam*, ubi etiam an vana vel duplex gabella debeatur in hoc caſu? *& numero* 13. verius putat; quòd quando res data per emptorem, & pretium, ſunt æqualia, duplex cenſetur contractus, emptio ſcilicet, & permutatio: vide Matienzum *lege* 7. *titulo* 11. *gloſſa* 10. *libro* 5. *Recopilationis*, & Felicianum *de cenſibus*, *libro* 2. *capite* 6. *n.* 9. & etiam Parladorium *differentia* 109. §. 4. *num.* 7.

Ad numer. 11. ibi: *Et breviter*, *& reſolutivè* 12
dico, *&c.*

Fructus pertinere ad venditorem ſi erant percepti tempore venditionis, ſi verò erant pendentes, ad emptorem: ad quem etiam pertinent indiſtinctè poſt moram venditoris; & hoc totum niſi aliter fuerit conventum inter partes, reſolvit Gomezius hìc, & idem tenent Molina *de primogeniis libro* 3. *cap.* 11. & omnes Doctores *in lege curabit*, *Codice de actionibus empti*, de quo infrà *cap.* 3. *num.* 22. Barboſa *in l.* 8. §. *interdum*, *ff. ſoluto matrimonio*, *numero* 4. *& ſequent.* ubi quòd vendens fundum reſervatis fructibus, non

excuſatur à traditione, præſtita ſibi cautione, circa eos; Mantica *de Tacitis conventionibus*, *libro 4. tit. 16. numero 42. & ſequentibus*, ubi latè diſtinguit: *& titul. 19. num.* 44. ubi an fructus percepti ante declarationem pretij faciendam ab alio Tertio, vel à Judice, pertineant ad emptorem? & reſolvit adhuc contractum eſſe conditionalem; & ſi conditio poſtea extiterit, retrotrahitur, & fructus pertinent ad emptorem, ſi pretium ſolverit, ut declarat ipſe Mantica *in tit. 26. dicto lib. 4. ex numer.* 10. de quo etiam vide infrà *cap. 3. num.* 22. Marcam *deciſion.* 208. *parte* 2. *num.* 3. & alios referentem Hermoſilam, *in leg. 9. titul. 5. part. 5. gloſſ. 4. numer.* 5. Menochium *caſu 220. ex num. 22.* ubi quòd contractu impleto ex una parte, alter in mora conſtituitur ad acquiſitionem fructuum, & noviſſimè Carleval. *de judiciis tom. 2. diſputation. 8. titul. 3. ſection.* 5. ubi latè de intereſſe ſolvendo ab emptore ob non ſolutum pretium, Cancer. *variarum*, 1. *parte*, *cap. 13. num.* 94. Scaccia *de commerciis*, §. 1. *quæſtione 7. parte 2. ampliatione* 8. *numero* 33. 155. *& ſequent.* Morla *titul.* 10. *quæſtion.* 3. *numer.* 8. Tiraquellus *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſa 7. numer.* 42. Souſa *in §. actionum, cap.* 1. *numero* 25. *& ſeqq.* Guttierrez *lib. 1. Canonic. cap. 32. n.* 21. Aviles, *in cap. 32. prat. ver. Pujar, num.* 11. ubi de fructibus ante ultimam licitationem, Barboſ. *in l. de diviſione, ff. ſoluto matrimonio, num.* 23. *& in l. 8. in princ. 2. parte, ex num.* 79. *& in l. ſi mora, num.* 100. *eodem titulo, ubi numero* 201. agit quid in venditione conditionali? & optimè materiam diſcutit, eum vide: & Molin. *de juſtitia, tom. ſecund. diſputat. 368. per totam*, & Tuſch. *litera F. concluſione* 495. *per totam*, & iterum Hermoſilla *in l. 28. tit. 5. part. 55. gloſ.* 2. *ex numer.* 1. *quaſi per totam*, ubi quamplurimos refert, & materiam declarat, *& numer.* 70. quid in venditione conditionali, Oſualdus ad Donellum, *libr. 13. cap. 4. & vide infrà, numer. 31. verſic. Ex quo ſingulariter infertur*: & Noguerol. *allegat.* 11. & Bolanus *in Curia, tom. 2. §. naves n.* 27.

Ibi: *Et prædicta procedunt, &c.*

Circa penſiones autem rerum locatarum, quomodo dividantur inter emptorem, & venditorem? præter ſupra relatos, & maximè Molinam, & Hermoſillam videndi ſunt Eſcobar *computatione* 26. ubi de diviſione fructuum in venditionem cum pacto de retrovendendo, & Barboſa *in dicta leg. divortio*, ubi latiſſimè, & loquens in uſufructuario, & proprietario, & in marito, & uxore, & aliis, quomodo dividant fructus, latiſſimè Caſtill. *in tractatu de uſufructu, cap. 77. & ſequentib.* Ayora *de partitionibus*, 2. *parte*, *cap.* 9.

13 Ad numerum 12. ibi: *Et breviter, & reſolutivè, dico, &c.*

Vendentem ſimpliciter rem, ſolùm videri vendere jus vel partem quam in ea habet, niſi ex quantitate pretij, vel aliis circumſtantiis aliud colligatur, & dummodo emptor ſciat tantummodo partem eſſe venditoris, quia ſi ignoret, & pretium correſpondeat integræ rei, remedium evictionis habebit: Sic reſolvit Gomezius, & latè docent Covarruvias, *tom. 1. variarum, capite 8. num.* 8. Alexand. Ludovic. *in deciſ.* 225. Mareſcotus *variarum reſolutionum libro primo*, *cap. 72. num. 1. & 2.* Tuſchus *litera V. concluſione 5. per totam* Morla alios referens *in emporio juris, prima parte, titul. 9. n.* 85. de quo etiam Bolanus *in curia. 2. parte, §. naves, num. 21. & 22.* alij tamen contrariam opinionem tuentur, ut videri poteſt per Menchacam *de ſucceſſionum creatione*, §. 8. *num.* 28. & Peraltam *in leg. Mævius*, *§. fundo, ff. de legatis 2. numero* 9. ubi latè eam defendit, ita ut maxima ſit controverſia inter Doctores in hac quæſtione, quam optimè videri poſſe, reſolvit Hermoſilla *in leg. 18. tit. 5. part. 5. gloſſa 1. ex num. 14. verſicul. Pro reſolutione hujus quæſtionis*, ſic diſtinguens, quòd ſi ex quantitate pretij conſtare poteſt quid actum ſit, id ſequendum eſt, & judicandum, quod quantitati pretij magis reſpondet ex doctrina Baldi, Pauli, & Jaſonis *in leg. 1. Codic. qui teſtamenta facere poſſunt*; ſi verò, ex quantitate pretij, certum judicium ſumi non poteſt, ſubdiſtinguendum erit; quòd aut emptor ſcivit rei qualitatem, & partem dumtaxat venditam dicere debemus; aut partem alienam eſſe ignoravit, & hoc caſu totam rem voluiſſe vendere præſumendum eſt: & hanc reſolutionem tenent Cancerius *variarum*, 1. *parte*, *cap. 8. de donatione, numer. 71. & ſequent.* & doctiſſimus Barboſa *in l. divortio, ff. ſoluto matrim. in principio, 2. parte, num. 82. & in §. fin. numero 125. & ſequentibus*, ubi quòd res, quæ inveniuntur in domo, ut perpetuo ibi ſint, veniunt in venditione, licet non ſint affixæ; vide ibi *& in paragrapho quod in anno*, ubi quid ſi quis vendat roſas viridarij, eas bis ferentis in anno, an utræque videantur venditæ? & ſecundum ſuperiorem diſtinctionem ex Hermoſilla, judicandum erit, an habeat locum evictio, vel non? vide etiam Gratianum *regula* 283. *ex numero* 1. & D. Larream *allegatione fiſcali 13. quaſi per totam*, ubi optimè de reſolutione hîc tradita ad Gomez. *& alleg.* 14.

Ad numer. 13. ibi: *Et breviter dico, &c.* 14

Si eodem nomine nuncupetur domus, vel fundus principalis, & acceſſorius, & in ejus actibus fruendo vel habitando promiſcuè, & acceſſoriè venditor utroque utebatur, venditio utrumque comprehendit; ſecus verò aliàs, ut hîc reſolvitur; & ita docent Mantica *de conventionibus, lib. 4. titulo 9. numero 15. & melius tit. 15. per totum, & de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 9. titul. 2. ex numero* 35. ubi an vendita domo intelligatur venditus hortus, vel apotheca? Tuſchus *litera V. concluſione 62. numer. ſeptim.* ubi alia per totam concluſionem, *& liter. D. concluſione* 227. Tiraquellus *de pia cauſa, privilegio 73. ubi numero* 4. ait deſtinatum hortum ad uſum domûs, cum ea tranſire, etiamſi non ſit intra ſepta ipſius domûs, & quamvis inter hortum, & domum eſſet via publica; & benè declarans Gratianus *diſceptation. cap. 126. per totum, ubi num.* 6. probat quòd ſi teſtator conſuevit quandam cameram locare ſeparatim, ſi tempore teſtamenti ea utebatur pro ſe, & familia tunc veniet & comprehendetur in legato domûs, de quo etiam videndus eſt Caſtillo *libro 5. controverſiarum, cap. 62. num. 22. 31. & ſequentib.* & latè explicans materiam Hermoſilla *in lege 29. titulo 5. partita 5. gloſſa unica per totam, ubi numero* 11. docet cum aliis, quòd ſi porticus ſit in medio duarum domuum, ſi altera vendatur, debet inter eas dividi porticus, Auguſtinus Barboſa *in tractatu de nominibus appellativis, verbo, Pertinentia, numero* 7. Guttierrez *libro 3. practicarum, quæſtione 71. numero 15. & ſequentibus*, & alij ab eis relati, vide etiam Salgadum *de protectione, 4. parte, capite 10. ex numero* 102.

Ad numer. 14. ibi: *In quo articulo reſolutivè dico, &c.* 15

Vendita ancilla, vacca, ove, &c. quòd etiam videatur venditus vitulus, agnus, vel filius, qui eſt in utero, vel à matre lactatur, ut hîc reſolvitur, docent Mantica *de Tacitis conventionibus*, *libro 4. titul. 9. numero* 17. Fabianus de Monte *in tract. de emptione, & venditione, quæſtion. 6. principali, num.* 27. Valdeſius ad Suares *in lege quoniam in prioribus, ampliation. 3. numero* 7. Aviles *in cap. 1. prætor. verbo, Mandado, numero* 10. & optimè Narbona plura inferens *in commentariis ad legem 9. titulo 10. libro 6. Recopilationis, gloſſa 7. per totam*; & Hermoſilla *in lege 30. titul. 5. part. 5. gloſſa 1. num.* 7. Azevedus *in lege 34. titul. 18. lib. 9. Recopilationis, num.* 19. Salgado *ſuprà*, *num.* 103.

Adde quòd hîc applicari poteſt illa quæſtio maximè controverſa, an partus ſit pars matris? in quo videtur fundari reſolutio noſtri Gomezij *in præſenti*, quam latiſſimè diſputant Amaya *libro 3. obſervationum, cap. 1. §. 2. per totum*, ubi per diſcurſum optimè explicat, quid dicendum de ancilla depoſita, commodata, pignori data, an partus ut pars matris comprehendatur? *& numero* 15. an ſi partus evincatur, poſſit habere locum remedium evictionis? de quo etiam agit Guzman *in tractatu de evictionibus, quæſt. 45. numero* 16. & Carrança *in tractatu, de partu naturali, capite 2. in initio, numero* 18. ubi ait, quòd licet non competat evictio, competit tamen actio ex empto, §. 1. *eodem cap. 2. ex num.* 30. agit de prædicta quæſtione an partus ſit, & poſſit nominari pars matris? eos vide, & maximè Amayam omninò, quia eruditiſſimè materiam iſtam explicat.

Et ex prædictis inter alia infert Narbona *ſuprà dicta lege 9. titulo 10. libro 6 gloſſa 7. num.* 8. ad quæſtionem practicam, nempe an ſi præmium concedatur capientibus lupos pro quolibet capite ſi quis capiat lupam catulos lactantem an pro uno capite præmium conſequatur: & affirmativè reſolvit.

16 Ad mumerum 15. ibi: *In quo articulo reſolutivè dico, &c.*

Si tempore venditionis equus, vel mula oſtenditur cum ſella, fræno, & ornamentis, ita videtur vendi: & ſimiliter ſi nudus oſtenditur, ita cenſetur venditus: ſic docent Mantica *de Tacitis conventionibus, libro 4. titulo 9. num.* 16. Surdus *deciſion.* 134. *numero 6. & ſequentibus*, Amaya *libro 3. obſervationum, capite 1. §. 2. numero* 37. Hermoſilla *in l. 30. titulo 5. parte quinta, gloſſa 1. numero* 8. ubi cum Aretino, Jaſone, & Surdo, *dicta deciſione* 134. ait, quòd tenetur venditor tradere ea ornamenta, quæ erant in equo per duos dies ante venditionem cauſâ vendendi, Rochus de Curte *in tractatu de conſuetudine, ſectione 8. numero* 44. ubi quòd ſi ornamentis infixa eſſent inſignia venditori, tunc non comprehenduntur in venditione, Pichardus *in §. actionum autem, 28. Inſtitut. de actionibus, quæſtione* 6. Salgado *de protectione, 4. parte, capite 10. numero* 104. Guttierrez *in tractatu de Gabellis, quæſtione 77. ex numero* 14. alios referens, *ubi numero* 16. docet, quod licet attenta *leg. Ædiles, la ſegunda, Digeſt. de ædilitio edicto*, ſi equus non vendendi cauſâ, ſed itineris occaſione ornatus ducitur cum ſella, & fræno, ac deinde venditur, ſolus equus venditus cenſetur ſine ornamentis, ſi nulla ornamentorum fuerit mentio facta: ex nova tamen *leg. Regia*, cum dictis ornamentis venditus intelligitur, & ejus beneficio, & gabellæ exemptione gaudere velle, & ſic præſumendum eſt: & licèt Azevedus *in dicta leg. 34. titul. 18. libro 9. Recopilationis, numero 17. & 18.* ad exemptionem gabellæ ſufficere aſſerat, quòd equus venditus demonſtretur cum ſella, & fræno, licèt frænum, & ſella non vendatur, & cum eo tranſeat; Hermoſilla *dict. leg. 30. gloſſa 1 fine*, verius tamen eſt requiri ad dictam exemptionem quòd etiam ſella, & frænum vendantur vel cenſeantur vendita, ut docet Guttierrez *dicta quæſt. 77. n.* 13. vide Souſam *in dicto §. actionum, cap. 2. ex numero* 41.

Et circa acceſſiones rei venditæ quando in venditione comprehendantur? vide Bartol. *in leg. damni, §. ſi iis qui, ff. de damno infecto*, Baldum *in l. 1. Codice de jure emphiteutico*, Jaſonem *in leg. ſi fundum, §. qui fundum, ff. de legatis primò, num* 17. ubi de ſtolonibus procedentibus ex arbore exciſa vendita; & generaliter Manticam *de Tacitis conventionibus, lib. 4. titul. 9. & ſequentibus*. Hermoſillam *ſuprà*, & Bolanum *in Curia. 2. part. §. naves, n.* 26. ubi an videantur vendita inſtrumenta, vendita re? Gratianum *diſceptationum forenſium, tom. 2. cap. 256. maximè ex num.* 44. Morlam *in emporio, titul. 10. quæſt. 3. n.* 8. ubi de fructibus pendentibus an venditi videantur? & D. Franciſcum de Amaya *in l. 1. Cod. de bonis vacantibus, lib.* 10. ubi doctiſſimè materiam proſequitur, maximè *ex num. 5. & ibi numero* 13. agit de donatione ſeu conceſſione Principis an comprehendat acceſſiones? Farinacium *quæſt. 104. num.* 2. ubi de theſauro in fundo reperto an veniat in venditione? & Tuſch. *lit. V. concluſion.* 62. Gregorium *leg. 56. titul. 18. partita 3. gloſſ.* 5. & Guttierrez *lib. 3. quæſt. 71. ex numer.* 15. latiſſimè D. Larream *deciſ. Granatenſi* 81. ubi quòd dolia terræ defixa veniunt in venditione domûs, Avendanus *in cap. 4. prat. num.* 33. ubi de theſauro an comprehendatur in venditione? De quo etiam Guttierrez *lib. 4. quæſt.* 6 & vide etiam Barboſam *in tract. de nominib. appellativis, verb. Pertinentiæ.*

Item an venditor teneatur præſtare viam emptori ad fundum venditum? vide Parlador: *different.* 81. ubi quòd non tenetur niſi dictum fuerit, & de itinere ad fundum an debeat aſſignari, & quomodo? vide Doctores *in leg. 9. ff. de ſervitutib. urban. prædior.* Menoch. *de retin. remed.* 5. Tuſchum *litera V. concluſion.* 180. Manticam *de conjecturis ultim. voluntat. lib. 9. titul. 2. num. 27. & de tacitis conventionibus lib. 4. tit. 16. num. 19. & ſequentibus*, Garciam *de expenſis, cap. 17. numer.* 15. Cevallos *quæſt.* 906. *num.* 350. Avilez *cap. Prætorum, verb. Eſten limpias, num.* 17. Barboſam *in leg. 2. ff. ſolut. matrimon. 2. part. n.* 39. Petrum Gregorium *in ſyntagmat. lib. 4. cap.* 14. Ubaldum *de duobus fratribus, parte 11. numer.* 9. Pichardus *in principio Inſtit. de interdictis, numer. 170. & ſequent.* Gratian. *diſceptat. cap.* 559. & Hermoſillam *in lege 3. titulo 5. part. 5. gloſſ. 1. ex numero* 20. & in hoc per conditionem civitatis Hiſpalenſis, *titulo de los alarifes, capite* 6. jubetur quòd detur via ad fundum per partem in qua minus damnum fiat, arbitrio duorum peritorum.

Ad numerum 16. ibi: *In quo articulo notabiliter, &c.* 17

Agit hîc noſter Gomezius de venditione ad menſuram, exempla ejus adducens, quam latiſſimè explicant Mantica *de Tacitis conventionibus, libro 4. titul. 17. per totum, ubi numero* 6. docet,

cet, quòd in venditione ad menſuram, ſi fiat vera traditio emptori, in eum transferetur dominium & poſſeſſio, etiam ante menſuram, & conſequenter periculum ad eum etiam pertinet, quia vera traditio menſuræ defunctum ſupplet: *& ibi* etiam addit, quòd tunc intelligitur venditionem ad menſuram eſſe conditionalem, quando pretium eſt incertum reſpectu totius fundi, & poſt menſuram venit declarandum: ſi verò fundus fuerit venditus intra certos fines, quem dicunt eſſe tot jugerum pro pretio mille aureorum ad rationem decem pro quolibet jugere, tunc ait venditionem eſſe puram & perfectam, & conditionem intelligi adjectam in augmento vel diminutione pretij, & ſic non facere venditionem conditionalem: vide Gregorium *in lege* 56. *titulo* 18. *parte* 3. *& lege* 24. *titul.* 5. *parte* 5. *gloſſa* 2. Laſarte, & Guttierrez *infrà* relatos; & Cancerium 1. *parte, capite* 13. *numero* 71. *&* 72. & Surdum *deciſ.* 64. *&* 257. & latiſſimè Tuſchum *litera V. concluſione* 48. 49. *&* 50. Covarruviam *practicarum, capit.* 3. *per totum*, Fabian. de Monte *de emptione, & venditione*, 6. *quæſtione principali*, Pereiram *eodem tractatu, capite* 22. Azevedum *in leg.* 3. *titul.* 7. *libr.* 7. *Recopilationis, numer.* 46. *&* 47. Molinam *de juſtit. tomo* 2. *diſputatione* 366. *&* 367. *per totam*; Fachinæum *libro* 2. *controverſiarum, capit.* 27. Alvarado *de conjecturata mente defuncti, libro* 2. *capit.* 4. *numero* 86. ubi de fundo tantorum jugerum vendito Gratianum *diſceptation. forenſ. cap.* 466. *& cap.* 256. *&* 518. & benè explicantem materiam Hermoſillam *lege* 24. *titulo* 5. *partita* 5. *gloſſa* 2. *per totam, ubi numer.* 40. declarat, quæ menſura attendenda eſt ſi diverſæ menſuræ ſint in loco contractûs, & in loco ubi res ſita eſt: *& numero* 44. quomodo hæc menſura facienda eſt, an per terram recto tramite, vel an per vias frequentatas; & an per aërem recto tramite? Pichardum *in §. cum autem, Inſtitut. de emptione, & venditione, numer.* 13. Laſarte *in tractatu de decima venditione, cap.* 5. *ex numero* 24. Azevedum *in leg.* 1. *tit.* 17. *lib.* 9. *Recopilationis, ex numero* 140. Guttierrez *in tractatu de Gabellis, quæſtion.* 76. *ubi numer.* 7. ait quòd licet quoad tranſlationem dominij, & periculum, & commodum rei venditæ, non dicatur venditio perfecta ante menſuram, vel pondus, tamen, quantum ad hoc, ut non poſſint partes pœnitere, etiam ante menſurationem venditio dicitur perfecta: *& numero* 5. docet, quòd poſt menſurationem factam gabella debetur gabellario, qui erat tempore contractûs; & non illi qui poſtea fuit tempore menſurationis, veluti in venditione conditionali *& numero* 9. reprobat doctrinam Baldi ſecutam à Mantican, *ubi ſuprà* eum retulimus *initio hujus numeri, vide infrà, num.* 33. *& ibi* relatos per Barboſam, *in lege ſi mora, in lectura poſt præludia, numero* 13. *ff. ſoluto matrimonio*, ubi quòd venditio ad menſuram cenſetur perfecta ad omnes effectus præter periculum peremptionis, vel deteriorationis, vide etiam Parladorium *differentia* 77. *tomo* 3. *quotidianar.*

18 Ad numer. 17. ibi: *In quo articulo reſolutivè dico, &c.*

Scripturam non requiri in contractu emptionis, & venditionis, nec in alio contractu, niſi in caſibus à jure expreſſis, vel quando partes in ipſo contractu, vel ante dixerint quòd fiat ſcriptura, ut hîc reſolvitur, docent plures relati à Mantica *in tractatu de Tacitis conventionibus, libro* 1. *titulo* 10. *numero* 7. Tuſchus *litera C. concluſione* 990. *ubi, & duabus concluſionibus ſequentibus* materiam latè pertractat; Valaſcus *de jure emphyteutico, quæſtione* 7. *per totam*, Cancerius *variarum* 1. *parte, capite* 13. *numero* 10. *&* 11. Matienzo *in lege* 2. *titulo* 16. *libro* 5. *Recopilationis gloſſa ultima*, Parladorius *libro* 2. *quotidianar. cap.* 3. *ex numero* 47. & etiam plures relati à Menochio *libro* 3. *præſumptione* 148. *numero* 5. qui tamen contrariam opinionem ſequitur, nempe quòd contractus non dicatur in ſcriptis celebratus ex hoc ſolùm quòd Partes dixerint, quòd fiat ſcriptura, niſi aliæ conjecturæ concurrant, quas *ibi* enumerat Pichardus *in principio inſtitut. de emptione, & venditione, ex numero* 28. ubi noſtrum Gomezium laudat, & ejus opinionem ſequitur, nempe quòd ſufficit dictum fuiſſe à partibus, quòd ſcriptura fiat, licèt non fuerit additum quòd non valeat contractus non confectâ ſcripturâ; *& numero* 43. notat quòd quoties in ſcriptis eſt celebrata venditio, ita ab ea licet recedere ante confectionem inſtrumenti, ſi arra data non ſit; ſi enim data fuerit, emptor amittit quod dedit ſi ipſe renuat; ſi vero venditur, duplum: *& numero trigeſimo primo*, remiſſivè adducit caſus in quibus ex ſua propria natura requiritur ſcriptura; Molin. *de juſtitia, tomo* 2. *diſputat.* 254. *numer.* 12. *& diſput.* 448. *numer.* 1. *&* 2. ubi probat, quòd quando contractus fuit in ſcriptis celebratus, ſi inſtrumentum deperdatur, ſufficit quòd per duos probetur, & qualis probatio tunc ſit neceſſaria, & quid debeant dicere teſtes, explicat Cevalos *quæſtion.* 90. *&* 91. Morla *in emporio*, 1. *parte titul.* 11. *quæſtion.* 1. *numer.* 13. Oſualdus ad Donellum *lib.* 13. *cap.* 1. *notatis litera Z. & libro* 25. *cap.* 8. *litera E.* Fachinæus *lib.* 2. *controverſiarum, cap.* 98. Brito *de locato & conducto, in cap. potuit*, §. 1. *numer.* 13. Rota apud Farinacium *deciſione* 520. *numer.* 4. *parte* 2. Suarez *conſil.* 7. latè Maſcardus *de probationibus concluſione* 435. *litera C.* Gregorius *in lege* 32. *titul.* 16. *part.* 5. & alij quamplures relati ab Hermoſilla *in leg.* 6. *titul.* 5. *parita* 5. *gloſſa* 1. *numero* 2. qui etiam *numer.* 3. alios refert pro contraria opinione, quòd tunc dicatur contractus in ſcriptis, quando dictum fuerit quòd aliàs non valeat; & tandem *numero* 5. ait de jure Regio opinionem noſtri Gomezij tenendam, nempè ſufficere quòd in contractu, vel ante contractum dictum fuerit, quòd fiat ſcriptura abſque eo quod addatur, non aliter valiturum contractum, eum vide: & Caſtillo *liber.* 3. *controverſiarum, cap.* 26. ubi latiſſimè ut ſolet materiam proſequitur, & Guttierrez *libro* 3. *practicarum: quæſtione* 95. *per totam, & in tractatu de Gabellis, quæſtione* 17. *ubi numer.* 4. ait, quòd traditione rei facta, ſcriptura ad probationem tantum requiſita videtur, *& numer.* 7. cum noſtro Gemezio, & aliis probat Gabellam deberi Gabellario temporis in quo facta fuit ſcriptura, quando ante eam non valuit contractus, & quòd tunc partes ante confectionem ſcripturæ pœnitere poterunt etiam in præjudicium fiſci; vide Carlevalium *de judiciis, tomo* 1. *diſputat.* 2. *numero* 281. ubi de foro in hoc contractu in ſcriptis, nempe quòd quando contractus in ſcriptis fuit celebratus, forum ſortitur in loco ſcripturæ, aliàs in loco conventionis ſeu contractûs: & Salgado *in labyrintho, part.* 2. *cap.* 17. *numero* 76. ubi quòd contractus valet, & pro-
bari

bari poteſt teſtibus, quando ſcriptura ſine neceſſitate interpoſita fuit inutilis; *& in capit.* 26. *numer.* 63. *&* 1. *parte, capit.* 35. *numer.* 29. & Dom. Larrea *allegat. fiſ. li*, 88. *per totam, numer.* 7. ubi opinionem Gomezii comprobat: *& numer.* 12. cum Caſtillo, *d. cap.* 26 docet quòd ex conjecturis, vel conſuetudine, contractus intelligitur in ſcriptis celebrari.

Ibi *in quo caſu adde, & nota, &c.*

Quemlibet poſſe compelli facere ſcripturam poſt perfectum contractum ut hîc reſolvitur, tenent communiter Doctores, & Valaſcus *de jure emphyteutico, quæſtione* 7. *numer.* 37. & alios referens Avendañus *in tractatu de cenſibus, cap.* 84. *numero* 14 Parlador. *lib.* 2. *quotidianarum, capite* 10. Guttierrez *libro* 3. *quæſtion.* 94. & alii plures congeſti ab Hermoſilla *in lege* 6. *titul.* 5. *partita* 5. *numero* 3. *ubi numero* 4. addit, quòd ſi non obſtante juſſu judicis nolit conficere ſcripturam per capturam poterit compelli; & ſi ad hoc nolit, pro confecta habebitur ſcriptura cum clauſulis conſuetis: vide etiam Cancer. *ſuprà d. cap.* 13. *num.* 11.

19 Ad numerum 18. ibi: *In quo articulo reſolutivè dico, &c.*

Artham non requiri in hoc contractu de neceſſitate; cùm ſine ea poſſit celebrari, ſed ſi interveniat arrha, & contractus non fuit perfectus, arrha perditur, ſi emptor diſſentiat; ſi verò venditor renuat, duplicatur: ſi autem contractus ſit perfectus, idem dicendum ex veriori opinione reſolvit Gomezius, & ita docent Pereira *de emptione & venditione, capite* 18. *ex num.* 35. Fachinæus *libro* 2. *controverſiarum, cap.* 28. Petrus Gregorius *in ſyntagmate, libro* 25. *cap.* 17. *num.* 1. Reginaldus *in praxi, libro* 25. *tractatu* 3 *cap.* 26. *numero* 363. Molina *de juſtitia, tom.* 2. *diſputatione* 338. *numero* 3. *ubi numero* 4. ait non deberi gabellam, quandocumque jus permittit à contractu diſcedere amiſſâ arrâ; contra Laſſarte *in tractatu de gabellis, cap.* 3. *num.* 18. contra quem etiam laudantes Molinam, tenent Azevedus *leg.* 1. *tit.* 17. *lib.* 9. *Recopilationis, num.* 91. & Guttierrez *in eodem tractatu de Gabellis, quæſtione* 17. *num.* 22. ubi *ex num.* 19. principalem quæſtionem hîc propoſitam diſcutit, & laudat noſtrum Gomezium & alios Pichardus *in principio Inſtitut. de emptione, & venditione, ex numero* 44. ubi opinionem noſtri Gomezij in praxi receptam affirmat, quamvis in puncto juris contraria verior ſit ex rationibus per eum conſideratis, nempe quòd ultra amiſſionem arrarum intereſſe peti poſſit; de quo etiam Gratianus *diſceptationum, capite* 748. *numero* 29. Hermoſilla *in lege* 7. *titul.* 3. *part.* 5. *gloſſa* 1. *numero* 4. ubi etiam *per totam gloſſam* latè queſtionem proſequitur, plures Doctores pro utraque opinione referens; & tandem *numero* 9. *& ſequentibus*, quinque limitationes adducit in quibus etiam amiſſis arris non licet à contractu diſcedere: *prima*, ſi res jam erat tradita: *ſecunda*, ſi arræ datæ ſint nomine pretij: *tertia*, ſi datæ fuerint in ſignum perfectionis contractûs: *quarta*, ſi per partes non ſtet quominus venditio effectum habeat, quia tunc arra non amittitur: *quinta*, ſi res vendita pereat antequam ab emptore dictum ſit quòd amiſſis arris vult à contractu diſcedere: & *num.* 14. addit quòd ſi ultra arram pœna fuerit appoſita, utrumque debetur: vide etiam Oſualdum ad Donellum, *lib.* 13. *cap.* 1. *littera Z.* & Parladorum *lib.* 1. *quotidianar. capite* 1. §. 14. *num.* 16.

Arram in partem pretij datam fuiſſe præſumi, & ſic locum non eſſe pœnitentiæ? ſi arra conſiſtat in pecunia numerata, docent communiter Interpretes, ut videri poteſt ex Cevallos *quæſt.* 242. poſt Ciſuen *in leg.* 70. *Taur. num.* 39. & aliis relatis ab Hermoſilla *in d. l.* 7. *tit.* 5. *parte* 5. *gloſſ.* 2. qui contrarium dicendum aſſerit, ad minus de jure Regni; imò non præſumi datam nomine pretij niſi expreſſè dicatur, quamvis abſolutè doceat Pichard. *ſuprà princip. inſtit. de empt. & vendit. num.* 41. quòd ſi conſiſtat in pecunia numerata, in partem pretij data præſumitur; & Barboſa *in l. ſi cum dotem, §. fin. ff. ſolut. matrim. num.* 38.

Ad numer. 19. ibi: *Et reſolutivè dico, &c.* 20

Contractus emptionis, & venditionis, vel aliqua pars ſubſtantialis ejus, non poteſt conferri in voluntatem unius ex contrahentibus: ſic reſolvit *in præſenti* noſter Gomezius, & docent Morla *in emporio*, 1. *parte, titul.* 9. *num.* 6. *& per totam*, ubi reſponde objectionibus; & optimè rationem hujus reſolutionis explicat, Mantica *de tacitis conventionibus lib.* 4. *titul.* 4 ubi *num.* 6. *verſ. Sed quamvis*, unum caſum adducit, in quo emptio & venditio ex unius voluntate perficitur, nempe ſi quis, ex teſtamento damnatus fuerit vendere Titio, & ipſe Titius hæredi pretium obtulerit, & hæres recuſaverit accipere, nam venditio perfecta intelligitur; Barboſa *in l.* 5. *ff. ſoluto matrimonio*, 3. *part. ex num.* 35. Pichardus *in §. emptio, Inſtitut. de emptione, & venditione, num.* 2. *&* 5 ubi etiam probat, quòd licet venditio in voluntatem expreſſam unius ex contrahentibus conferri non poſſit, tamen in velatam poteſt: veluti, *ſi Capitolium aſcenderis, &c.* latè Gratianus *diſceptationum tom.* 3. *cap.* 534. ubi *num.* 7. probat quòd accidentalia contractûs conferri poſſunt in voluntatem unius ex contrahentibus: *& num.* 14. quòd facta traditione ſuſtinetur venditio, & locatio, poſita in alterius voluntatem: & quòd diſpoſitio textûs *in leg. vendentis, Cod. de contrahenda emptione*; non procedit de æquitate Canonicus; ſecundùm quam valet contractus collatus in voluntatem unius ex contrahentibus & etiam agit de locatione Roderic. Suarez *in titul. de captatoria, num.* 17. ubi Valdeſius *in additionibus* plures refert pro explicatione *verb. Volo*, & an ſit velata voluntas comprehenſa in hac conditione, *ſi Capitolium aſcenderis*? Oſualdus ad Donellum *lib.* 13. *cap.* 1. *littera* R. Hermoſilla *in l.* 8 *titul.* 5. *part.* 5. *gloſſ.* 1. ubi *num.* 4. probat quòd conſenſus ementis, & vendentis, debent eſſe ſimultanei; & licet ſint ex intervallo, ſi tamen primus adhuc durat, & permanet, dicitur ſimultaneus. Vide etiam Parladorum *differentia* 75. *num.* 5. ubi quòd licitatione facta, non poteſt pœnitere venditor.

Item. *Etiam intellige, &c.*

Venditionem valere etiam ſi accidentalia committantur in voluntatem alterius, ut ſi dicatur *vendo tibi rem ſi placuerit intra tantum tempus, &c.* reſolvit Gomezius; & quòd emptor ſi tempus non fuerit determinatum, rem tenetur reſtituere intra ſexaginta dies; ita etiam tenent Menochius *de arbitrariis, lib.* 1. *quæſt.* 8. *ex num.* 7. Laſarte *de decima venditionis, cap.* 14. *num.* 30. Pichardus *in §. emptio, Inſtitut. de emptione & venditione, num.* 7. ubi refert, Hermoſilla *in l.* 8. *tit.* 5. *parte* 5 *gloſſa* 1. *num.* 6. Guttierrez *de Gabellis, quæſt.* 10. *num.* 14. *& quæſt.* 18. *ex num.* 6. Morla *in emporio*, 1. *parte, titul.* 9. *quæſt.* 9. *num.* 10. qui omnes reſolvunt quòd conditio, *ſi placuerit*, multum differt ab ea *ſi diſpli-*

cuerit redhibeatur, vel ſit inemptus, illam enim eſt venditio conditionalis, hæc verò pura, quæ ſub conditione reſolvitur; illa niſi certo præfinito tempore fieri non poteſt, hæc autem nullo præfinito tempore ſit, & à lege conceduntur ſexaginta dies, ut declaret diſplicentiam, quibus tranſactis amplius diſplicere non poteſt, niſi aliud in conventione expreſſum fuerit, veluti quòd ſi aliquando diſpliceat redhibeatur, ut declarant ſuprà relati, maximè Pichardus, & Guttierrez, *qui in dict. num.* 14. probant quòd neutro caſu gabella debetur, ſi effectum non habeat venditio: eum vide, & Scacciam *de commerciis* §. 1. *quæſt.* 1. *ex num.* 475. ubi an valeat pactum quòd venditio reſcindatur ad beneplacitum emptoris?

21 Ad numerum 20. ibi: *In quo notabili, & utili articulo, &c.*

Re duobus vendita eum præferri cui res fuerit tradita, ex textu vulgari *in leg. quoties, Cod. de rei vindicatione*, reſolvit hic noſter Gomezius, & optimè explicant Barboſa *in rubr. ff. ſoluto matrimonio*, 2 *part. num.* 82. & 85 ubi etiam quid in ſpiritualibus? & *in l.* 1 *eodem tit* 1. *part. num.* 4. ubi quòd etiam in dote procedit dicta reſolutio: Valaſcus *in tractatu de jure emphyteutico, q.* 14. latè Fachinæus *lib* 2. *controv. c.* 33. & *lib.* 7. *c.* 33. & 34. ubi quid in feudis & *lib.* 11. *c.* 48. ubi de venditione rei bis facta eidē, Dilectus *de arte teſtandi tit.* 10. *cautela* 2. ubi quòd in donatione potior eſt qui prius poſſeſſionem eſt adeptus; iterū Barboſa *in l.* 8. *dict. tit. ff. ſoluto matrimonio*, § *fin. numer.* 46. Covarruvias *lib.* 2. *variarum cap.* 19. *num.* 8 ubi alia; & an *dict. leg. quoties*, procedat in locatione? & Urſillus *in additionibus ad Afflictum deciſ.* 238. Morla *in emporio*, 1. *part, titul.* 9. *num.* 48. Caſtillo *in l.* 17. *Tauri*, & *in l.* 74. *verb. Parte en ella*: Suarez *conſil.* 7. quaſi *per totum*, Gregorius *in l.* 1. *in fine, tit.* 11. *partita* 1. Navarrus *in conſilio* 9. *ſub titulo, de emptione, & venditione*, Gratianus *in regula* 471. ubi ampliat & limitat; latiſſimè Antonius Gabriel *concluſ.* 2. *ſub. titul. de emptione, & venditione*, Reginaldus *in praxi, lib.* 25. *cap.* 26. *num.* 364. & *ſeqq.* Sanchez *in ſumma, lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 17. ubi quid ſi interveniat juramentum? Gratianus *diſceptationum tom.* 3. *cap.* 53. *num.* 4. & *ſeqq.* ubi quid ſi neſciatur cui res fuerit tradita? & quid ſi fiat traditio rei ſine ſolutione pretij; Narbona *in l.* 11. *titul.* 5. *lib.* 7. *Recopilationis, gloſſa* 2. *num.* 7. ubi quid in Principe? Clarus §. *falſum, num.* 29. Oſualdus ad Donellum *lib.* 23. *cap. ult. vo, notatis litt.* D, Mantica *de conventionibus lib.* 13. *tit.* 48. *n.* 17. ubi quid in donatione? Tiraquel. *in tractatu de privileg. pia cauſæ, privil.* 507. ubi an dicta reſolutio procedat in pia cauſa? Cevallos *quæſt.* 756. ubi *num.* 56. quid in locatione dicendum? Brito *in tractatu de locato, & conducto, in rubrica*, 2. *parte* §. 4. latè & *ibi num.* 5. quid ſi ſciebat ſecundus, cui fuit facta traditio quòd jam res erat vendita & quid ſi quis vendat rem prius quàm ſit dominus, & iterùm eam vendat acquiſito dominio? vide *l. ſi à Titio, ff. de exceptione rei venditæ, &c.* Bolanus *in Curia*, 2. *tom.* §. *Naves, num.* 11. ubi quòd ſi quis promittat operas duobus, ille præfertur cui prius eas exhibere cœpit, & *verb. Fletamento, num.* 6 Iterum Tiraquellus *in l. ſi unquam, verb. Revertatur, num.* 397. ubi quid quando dominium transfertur ipſo jure? Pichardus *in manuductionibus, part.* 2. §. 2. *num.* 2. D. Joſeh Vela *diſſertat. Hiſpal.* 19. & 20. latiſſimè: ubi etiam quid in conductoribus? Hermoſilla *in l.* 50. & 51. *titul.* 5. *part.* 5. *per totam*, & noviſſimè Auguſtinus Barboſa *in Collectan. ad dictam leg. quoties*, ubi ferè infinitos refert, & latiſſimè exornat omnes declarationes, & limitationes à noſtro Gomezio adductas, ita ut alium allegare ſuperfluum poſſet videri, Farinacius *in praxi crimin. quæſt.* 150. *ex num.* 229. ubi diſputat latiſſimè quod delictum committat, & quâ pœnâ puniatur rem duobus vendens, & Tuſchus *littera* V. *concluſ.* 63.

Ibi: *Secundò principaliter limita, &c.*

Præter relatos à Barboſa *in Collectan. ad dictam l. quoties, n.* 18. adde Pichardum *in* §. *item ſi quis, Inſtit. de action. n.* 18.

Item circa Gabellam in hoc caſu ſolvendam, videndus eſt Guttierrez *in tractatu de Gabellis, qu.* 19. *per totam*: ubi reſolvit, quòd verior opinio in puncto juris eſt, quòd duplex Gabella debetur, licet benigior, & æquior ſit contraria, & forſan in praxi recipienda, quam etiam amplectitur Laſarte *in tractatu de decima venditionis, cap.* 13. *n.* 17. & hanc etiam æquiorem dicit Hermoſilla *in dicta leg. quinquageſima, num.* 47.

Ad numerum 21. ibi: *In quo articulo reſolutivè dico, &c.* 22

Contrario conſenſu poſſe reſcindi venditionem, niſi traditio intervenerit; tunc enim reſtitutio eſt neceſſaria, ut docet Gomezius, probant, & explicant Didacus Perez *in l.* 1. *titul.* 7. *lib.* 5. *ordinam. verſiculo, Dubitatur ulterius* Pereira *de emptione, & venditione: capite* 22. *num.* 8. Molina *de juſtitia, tom* 2. *diſputatione* 373. *per totam.* ubi *num.* 1. hoc procedere probat, etiamſi arra, vel fidejuſſor intervenerit, vel ſtipulatione fuerit vallatus contractus: & *num.* 2. & *ſequenti*, an gabella hoc caſu debeatur? & an duplex? de quo etiam *infrà, num.* 32. & *num.* 50. explicat idem Molina quid ſi implementum ex altera parte intervenerit, & quòd tunc reſtitutio præter conſenſum eſt neceſſaria, cum noſtro Gomezio: & *num.* 7. ait quando ſi implementum fuerit ſubſecutum ex utraque parte, tunc contrario conſenſu, & reſtitutione rei, & pretij non diſſolvitur prior venditio, ſed nova contrahitur, & duplex gabella debetur, quod etiam optimè probat, & explicat Molinam referens Guttierrez *in tractatu de Gabellis, quæſt.* 10. ubi plures caſus diſtinguit, & in effectu reſolvit, quòd ſi incontinenti partes antequam ad alia procedant, à contractu diſcedant, nulla eſt venditio, nec gabella debetur: ſi verò ex altera parte ſecutum fuerit implementum, facta ejus reſtitutione una tantum Gabella debetur ex prima conventione; ſi autem ex utraque parte fuerit ſecutum implementum, duplex Gabella debebitur, ut dictum eſt; eum vide omnino, & Souſam *in repetitione titul. de pactis, articulo* 1. *quæſtione* 1. *ex numero* 3. & Hermoſillam, qui etiam benè explicat *in l.* 61. *titul.* 5. *part.* 5. ubi eandem reſolutionem adducit, & ſimiliter concludit, quod ſi ex intervallo diſcedant partes à contractu ante traditionem, unica tantum gabella ex prima conventione debetur, Donellus *commentariorum libro* 16. *capit.* 16. 17. 18. & 19. ubi Oſualdus; & noviſſimè D. Larrea *deciſ.* 79. *ex num.* 2. & Thomas Sanchez *in conſiliis lib.* 2. *cap.* 4. *dubio* 39. ubi benè explicat: vide etiam *infra numero* 32. & D. Joſeph. Vela *diſſertatione Hiſpalenſi* 17. *ex num.* 33. ubi etiam plures refert pro reſolutione Gomezij.

Advertere tamen debes quòd ſunt aliqui contractus nominati, qui ſolo unius partis conſenſu diſſolvi

diſſolvi poſſunt, ut ſocietas quæ non fuit contracta ad certum tempus; commodatum ad beneplacitum concedentis, ſeu præcarium, mandatum, depoſitum, & ſimiles: ut docet Molina *de juſtitia, tom.* 2. *diſput.* 258. *num.* 11.

Ibi: *Sed advertendum, &c.*

Hodie quod nudum pactum pariat actionem, ut docet Gomezius, probant communiter Regnicolæ, ut jam *ſuprà* diximus, & videri poteſt per Matienzum, & reliquos *in l.* 2. *titul.* 16. *lib.* 5. *Recopilationis*, & Guttierrez *tom.* 4. *quæſt.* 65. *num.* 4. & plures alios relatos à Caſtillo *lib.* 2. *controverſ. cap.* 3. *num.* 17. & 18. & vide *infrà, cap.* 9. *num.* 4

Ibi: *Secundus eſt caſus, quando in tali contractu intervenit dolus, &c.*

Quòd ſi dolus dedit caſum contractui, ſit nullus ipſe contractus; ſecus ſi incidit, docent, & explicant Cardinalis Tuſchus *littera D. concluſion.* 583. ubi ampliat etiam ſi ſit juramentum, & alias ampliationes, & declarationes adducit Duarenus *in titul. de in litem jurando, ex num.* 15. Corraſius *lib.* 1. *Miſcellan. cap.* 16. Bernardus Diaz *regula* 20. Scaccia *de commerciis*, §. 1. *quæſt.* 7. *part.* 2. *ampliatione* 10. *num.* 8 Cevallos *quæſt.* 226. Morla *in emporio, titul.* 9. *præmiſſis. n.* 92. & *ſeqq.* Molina *de juſtitia, tom.* 2. *diſputat.* 352. *per totam*, Joannes Gratianus *regula* 99. Sarmiento *lib.* 6. *ſelectarum, cap.* 6. Pichardus *in* §. *actionum, Inſtitut. de actionibus, quæſt.* 9. *num.* 2. & *in diſputatione, Judicatum ſolvi, ex num.* 18. ubi latiſſimè de hoc Matienzo Junior *in repetitione leg. contractûs, ff. de regulis juris, num.* 267. Guttierrez *in tractatu de Gabellis, quæſt.* 9. *num.* 5. & ferè infinitos referens Hermoſilla *in l.* 57. *titul.* 5. *part.* 1. 2. & 3. ubi optimè declarat, ampliat, & limitat: & *num.* 21. & *ſeqq.* probat dictam concluſionem non procedere, ſi dolus non ſit alicujus ex contrahentibus, ſed Tertij; tunc enim Tertius, verbi gratiâ proxeneta, vel alius, de dolo tenetur; & ſi ille non ſit ſolvendo, ipſe contrahens cujus gratiâ dolus factus eſt: & ſimiliter tenetur principalis ipſe contrahens, quando ille Tertius eſt ferè idem cum principali contrahente, ut tutor, curator, procurator, & ſimiles; eum vide omnino, & de pacto quod dolo viam præſtat, D Larrea *deciſ.* 16. *num.* 4.

Ibi: *Adde tamen quòd ſi ille qui paſſus eſt dolum, &c.*

Patientem dolum poſſe approbare contractum, ut hîc reſolvitur, docent omnes Doctores *ſuprà* allegati, & Tiraquell. *in tractatu, le mort, part.* 7. *declaratione* 1. *num.* 8. & cum eo Barboſa *in Collectan. ad leg. tranſactionem* 35. *Cod. de tranſactione num.* 5. Mantica *de tacitis convention. lib.* 4. *titul.* 20. *num.* 61. Guttierrez *in tractatu de Gabellis, quæſt.* 9. *num.* 7. 8. optimè Cancerius, *variarum* 1. *part. cap.* 13. *ex num.* 86. Matienzo *l.* 1. *titul.* 11. *lib.* 5. *Recopilationis, gloſſ.* 1. *num.* 11. & alij plures relati Hermoſilla *in l.* 56. *titul.* 5. *gloſſ.* 7. *num.* 17. & 18. & *in l.* 51. *ibid. gloſſ.* 1. *num.* 14. Surdus *de Alimentis, titul.* 8. *privil.* 56. *num.* 8. & noviſſimè D. Joſeph. Vela *diſſertat.* 14. *num.* 34. & 3 . qui omnes etiam de nullitate agunt, & an à Tertio allegari poſſit; & Surdus *deciſ.* 108.

De Gabella autem hoc caſu ſolvenda Guttierrez *in tractatu de Gabellis, quæſt* 9. *ex numero* 7. reſolvit, etiam quandò venditio fuerit nulla; quia dolus venditoris illi cauſam dederit, & etiam poſtquam talis venditio declarata eſt nulla per ſententiam Judicis, adhuc Gabellam deberi Gabellario tempore contractûs exiſtenti; quia ex parte ipſius venditoris decipientis ſemper valida fuit venditio, quod etiam aſſerit dicendum in permutatione ex parte doloſi; eum vide *ibid.* ubi cum Molina reprobet Laſarte contrarium tenentem.

Ad numerum 22. ibi: *Tertius modus eſt per læſionem ultra dimidiam, &c.* 23

Si emptor vel venditor ultra dimidiam juſti pretii fuerit deceptus, quòd poſſit agere ad reſciſſionem contractûs, ut hîc reſolvitur, notiſſimum eſt in *Jure*, de quo latiſſimè agunt interpretes omnes *in locis ordinariis*, & ibicumque de materia venditionis loquuntur, inter quos maximè commendo doctiſſimum Pinellum *in ſuis commentariis ad l.* 2. *Cod. de reſcindenda venditione*, Covarruviam *lib.* 2. *variarum cap.* 3. & 4. Menochium *caſu* 194. *numero* 44. ubi de ruſtico læſo, Cevallos *quæſt.* 443. & 508. & 5 0. Farinacius *deciſ.* 59. 1. *parte*, ubi de enormiſſima: & *deciſ.* 79. Sarmiento *lib.* 7. *ſelectarum cap.* 12. Rodriguez *in tractatu, de redditibus*; *lib.* 1 *quæſt.* 11. *per totam*: Barboſam *in l.* 8. § *ſi fundum, ff. ſoluto matrimonio ex num.* 31. Matienzum *in l.* 1. *titul.* 11. *libro* 5. *Recopilationis*. Oſualdum ad Donellum *libro.* 4. *cap.* 14. *notatis litte a C.* ubi de emente fundum, in quo ſcit eſſe theſaurum: Ayoram *de partitionibus*, 3. *part. quæſt.* 1. *ex num.* 24. ubi an hoc remedium habeat locum in diviſione bonorum: Parladorium *differentia* 114. (ubi de læſione enormi, & enormiſſima, de quo etiam remiſſivè Barboſa *in Collectanea cap.* 3. *de emptione & venditione, numero* 37. & vide *infrà, cap.* 14. *num.* 21. *verſiculo, Tertio infero*) Caldas *in leg. ſi curatorem, infrà tempus, num.* 14. ubi quòd pendente lite ſuper validitate contractûs, non currit tempus hujus remedij: & *in* §. *per quod priſtinum jus, numer.* 13. ubi quòd recuperantur expenſæ & Gabella jam ſoluta, Fachinæum *lib.* 2. *controverſiarum, cap.* 16. & *pluribus ſequentibus*, ubi materiam benè explicat: & *capit.* 18. ubi an hoc remedium habeat locum re perempta? vel adverſus Tertium ſucceſſorem? & *lib.* 12 *cap.* 31. ubi de actione in hoc caſu, Aviles *in cap.* 33. *Prætorum, verb. A menos coſta*, ubi an Artifici in ſua arte, vel juriſperito denegetur hoc remedium? Cenedum *in Collectanea* 158. ubi alios refert, Morlam *in emporio*, 1. *part. titul.* 6. *ex num* 86. & *quæſtione* 8. ubi an liceat contrahentibus in pretio emptionis, & locationis naturaliter ſe circumvenire? & *quæſt.* 18. & *ſequentibus uſque ad quæſtionem* 24. Barboſa *in rubrica, ff. ſoluto matrimonio*, 4. *parte, num.* 25. ubi quòd in dote ſufficit læſio intra dimidiam, Caldas *in leg. ſi curatorem*, §. *minoribus, num.* 66. ubi idem aſſerit in eo qui vendidit fame, vel alia neceſſitate oppreſſus; Tuſchum *littera L. concluſ.* 292. & *ſequentibus* Britum *de locato, & conducto in rubrica*, 2 *parte*, §. 2. *ex num.* 23. Guzman *de evictionibus, quæſt.* 11 *ex num.* 28. Girondam *in tractatu de Gabellis*, 2. *part.* §. 1 *num.* 51. ubi an hoc remedium habeat locum in contractu qui dependet à viribus fortunæ? Felicianus *de cenſibus. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 11. ubi quòd onus gabellæ vel aliud ſolvendum ab emptore ex ſtatuto, non facit creſcere pretium ad hoc remedium, Farinacium *in fragmentis, verb. Juramentum, num.* 1282. & *ſequentibus*, ubi an firmetur juramento contractus, in quo interveniet enormis, vel enormiſſima læſio idem Farinacius *conſilio* 42. *in additione littera B.* ubi